



22132964



International Baccalaureate®  
Baccalauréat International  
Bachillerato Internacional

**LATIN  
HIGHER LEVEL  
PAPER 2**

Friday 3 May 2013 (morning)

2 hours

---

**INSTRUCTIONS TO CANDIDATES**

- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer four questions from two genres only.
- The maximum mark for this examination paper is *[44 marks]*.

Answer **four** questions from **two** genres **only**. These questions should be taken from the **two** genres you have studied.

**Genre: Elegiac and Lyric poetry**

**Question 1. Horace *Odes* 3.30**

exegi monumentum aere perennius  
 regalique situ pyramidum altius,  
 quod non imber edax, non Aquilo impotens  
 possit diruere aut innumerabilis  
 5 annorum series et fuga temporum.  
 non omnis moriar multaue pars mei  
 vitabit Libitinam; usque ego postera  
 crescam laude recens, dum Capitolium  
 scandet cum tacita virgine pontifex.  
 10 dicar, qua violens obstrepit Aufidus  
 et qua pauper aquae Daunus agrestium  
 regnavit populorum, ex humili potens,  
 princeps Aeolium carmen ad Italos  
 deduxisse modos. sume superbiam  
 15 quaesitam meritis et mihi Delphica  
 lauro cinge volens, Melpomene, comam.

- (a) What two poetic accomplishments does the poet refer to in the poem? Support your answer with the examples from the Latin text. [2 marks]
- (b) *dicar ... populorum* (lines 10–12). What part of Italy does the poet refer to in these lines? What is the significance of making such a reference? [2 marks]
- (c) In this ode, Horace reflects on his three finished books of odes. Discuss how the poet uses references to time to talk about his poetic accomplishments. Support your argument with precise details from the Latin text. [8 marks]

**Genre: Elegiac and Lyric poetry****Question 2. Catullus 8**

miser Catulle, desinas ineptire,  
 et quod vides perisse perditum ducas.  
 fulsere quondam candidi tibi soles,  
 cum ventitabas quo puella ducebat  
 5 amata nobis quantum amabitur nulla.  
 ibi illa multa tum iocosa fiebant,  
 quae tu volebas nec puella nolebat.  
 fulsere vere candidi tibi soles.  
 nunc iam illa non vult: tu quoque, impotens, noli,  
 10 nec quae fugit sectare, nec miser vive,  
 sed obstinata mente perfer, obdura.  
 vale, puella! iam Catullus obdurat,  
 nec te requiret nec rogabit invitam:  
 at tu dolebis, cum rogaberis nulla.  
 15 scelesta, vae te! quae tibi manet vita!  
 quis nunc te adibit? cui videberis bella?  
 quem nunc amabis? cuius esse diceris?  
 quem basiabis? cui labella mordebis?  
 at tu, Catulle, destinatus obdura.

- (a) *cum ventitabas* (line 4). Identify the form of the verb in this line. Explain the effect achieved by using the verb in this form. [3 marks]
- (b) Translate *ibi ... soles* (lines 6–8). [2 marks]
- (c) *sed ... obdura* (line 11). Identify the rhetorical device used by the poet in this line. Explain its effect. [2 marks]
- (d) *quae ... mordebis* (lines 15–18). Identify one rhetorical device used by the poet in these lines. Describe it and explain what the poet achieves with it. [3 marks]

**Genre: Epic****Question 3. Virgil *Aeneid* 4.54–73**

55 his dictis incensum animum inflammavit amore,  
 spemque dedit dubiae menti, solvitque pudorem.  
 principio delubra adeunt, pacemque per aras  
 exquirunt; mactant lectas de more bidentis  
 legiferae Cereri Phoeboque patrique Lyaeo,  
 Iunoni ante omnis, cui vincla iugalia curae.  
 60 ipsa, tenens dextra pateram, pulcherrima Dido  
 candentis vaccae media inter cornua fundit,  
 aut ante ora deum pinguis spatatur ad aras,  
 instauratque diem donis, pecudumque reclusis  
 pectoribus inhians spirantia consulit exta.  
 65 heu vatum ignarae mentes! quid vota furentem,  
 quid delubra iuvant? est mollis flamma medullas  
 interea, et tacitum vivit sub pectore volnus.  
 uritur infelix Dido, totaque vagatur  
 urbe furens, qualis coniecta cerva sagitta,  
 70 quam procul incautam nemora inter Cresia fixit  
 pastor agens telis, liquitque volatile ferrum  
 nescius; illa fuga silvas saltusque peragrat  
 Dictaeos; haeret lateri letalis arundo.

- (a) Translate *his ... pudorem* (lines 54–55). [2 marks]
- (b) *heu ... iuvant* (lines 65–66). Explain the implication of the poet's intervention in the narrative. [2 marks]
- (c) Discuss the poet's language and epic technique in this passage. Support your argument with precise details from the Latin text. [8 marks]

**Genre: Epic****Question 4. Virgil *Aeneid* 4.309–330**

310 quin etiam hiberno moliris sidere classem,  
 et mediis properas Aquilonibus ire per altum,  
 crudelis? quid, si non arva aliena domosque  
 ignotas peteres, sed Troia antiqua maneret,  
 Troia per undosum peteretur classibus aequor?  
 mene fugis? per ego has lacrimas dextramque tuam te  
 315 (quando aliud mihi iam miserae nihil ipsa reliqui)  
 per conubia nostra, per inceptos hymenaeos,  
 si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam  
 dulce meum, miserere domus labentis, et istam,  
 oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.  
 320 te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni  
 odere, infensi Tyrii; te propter eundem  
 extinctus pudor, et, qua sola sidera adibam,  
 fama prior. cui me moribundam deseris, hospes?  
 hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.  
 325 quid moror? an mea Pygmalion dum moenia frater  
 destruat, aut captam ducat Gaetulus Iarbas?  
 saltem si qua mihi de te suscepta fuisset  
 ante fugam suboles, si quis mihi parvulus aula  
 luderet Aeneas, qui te tamen ore referret,  
 330 non equidem omnino capta ac deserta viderer.

- (a) *quin ... fugis* (lines 309–314). According to Dido, for what reasons is Aeneas setting sail in such adverse conditions? [2 marks]
- (b) Scan *odere ... adibam* (lines 321–322). [2 marks]
- (c) Explain the reference to Iarbas (line 326). Who is he and why does Dido refer to him in this context? [3 marks]
- (d) Discuss briefly the pathos of this scene. Support your argument with three words or phrases from the Latin text. [3 marks]

**Genre: Historiography****Question 5. Tacitus *Annals* 14.2**

trahit Cluvius ardore retinendae Agrippinam potentiae eo usque provectam ut medio diei, cum id temporis Nero per vinum et epulas incalesceret, offerret se saepius temulento comptam et incesto paratam; iamque lasciva oscula et praenuntias flagitii blanditias adnotantibus proximis, Senecam contra muliebris inlecebras subsidium a femina petivisse, immissamque Acten libertam  
 5 quae simul suo periculo et infamia Neronis anxia deferret pervulgatum esse incestum gloriante matre, nec toleraturos milites profani principis imperium. Fabius Rusticus non Agrippinae sed Neroni cupitum id memorat eiusdemque libertae astu disiectum. sed quae Cluvius eadem ceteri quoque auctores prodidere, et fama huc inclinat, seu concepit animo tantum immanitatis Agrippina, seu credibilior novae libidinis meditatio in ea visa est quae puellaribus annis stuprum  
 10 cum Lepido spe dominationis admiserat, pari cupidine usque ad libita Pallantis provoluta et exercita ad omne flagitium patrum nuptiis.

- (a) Translate *trahit ... paratam* (lines 1–3). [2 marks]
- (b) Give two details about Lepidus and Pallas (line 10). [2 marks]
- (c) Comment on this passage, showing how Tacitus’s historical method and narrative technique concur in giving a remarkable portrayal of Agrippina. Support your argument with precise details from the Latin text. [8 marks]

**Genre: Historiography**

**Question 6. Tacitus *Annals* 14.40**

eodem anno Romae insignia scelera, alterum senatoris, servili alterum audacia, admissa sunt. Domitius Balbus erat praetorius, simul longa senecta, simul orbitate et pecunia insidiis obnoxius. ei propinquus Valerius Fabianus, capessendis honoribus destinatus, subdidit testamentum adscitis Vinicio Rufino et Terentio Lentino equitibus Romanis. illi Antonium Primum et Asinium Marcellum sociaverant. Antonius audacia promptus, Marcellus Asinio Pollione proavo clarus neque morum sperendus habebatur nisi quod paupertatem praecipuum malorum credebat. igitur Fabianus tabulas sociis quos memoravi et aliis minus inlustribus obsignat. quod apud patres convictum et Fabianus Antoniusque cum Rufino et Terentio lege Cornelia damnantur. Marcellum memoria maiorum et preces Caesaris poenae magis quam infamiae exemere.

- (a) *Domitius ... obnoxius* (line 2). What three details does Tacitus give about Domitius Balbus in these lines? Support your answer with specific examples from the Latin text. [3 marks]
- (b) Who is Valerius Fabianus (line 3)? Explain his role in the crime described in this extract. [3 marks]
- (c) Give two details about the Lex Cornelia. [2 marks]
- (d) Give the reasons why, according to Tacitus, Marcellus was exempted from punishment. [2 marks]

**Genre: Letters**

**Question 7. Pliny the Younger *Letters* 1.9**

mirum est quam singulis diebus in urbe ratio aut constet aut constare videatur, pluribus iunctisque non constet. nam si quem interrogas “hodie quid egisti?”, respondeat: “officio togae virilis interfui, sponsalia aut nuptias frequentavi, ille me ad signandum testamentum, ille in advocationem, ille in consilium rogavit.” haec quo die feceris, necessaria, eadem, si cotidie fecisse te reputes, 5 inania videntur, multo magis cum secesseris. tunc enim subit recordatio: “quot dies quam frigidis rebus absumpsi!” quod evenit mihi, postquam in Laurentino meo aut lego aliquid aut scribo aut etiam corpori vaco, cuius fulturis animus sustinetur. nihil audio quod audisse, nihil dico quod dixisse paeniteat; nemo apud me quemquam sinisteris sermonibus carpit, neminem ipse reprehendo, nisi tamen me cum parum commode scribo; nulla spe nullo timore sollicitor, nullis rumoribus 10 inquietor: mecum tantum et cum libellis loquor. o rectam sinceramque vitam! o dulce otium honestumque ac paene omni negotio pulchrius! o mare, o litus, verum secretumque μουσεῖον\*, quam multa invenitis, quam multa dictatis! proinde tu quoque strepitum istum inanemque discursum et multum ineptos labores, ut primum fuerit occasio, relinque teque studiis vel otio trade. satius est enim, ut Atilius noster eruditissime simul et facetissime dixit, otiosum esse quam nihil 15 agere. vale.

- (a) *nam ... rogavit* (lines 2–4). Select two of the personal or family occasions listed by Pliny and briefly describe them. [2 marks]
  
- (b) *o mare ... dictatis* (lines 11–12). What does Pliny claim about the sea and the shore in these lines? What is his reason for doing so? [2 marks]
  
- (c) Comment on this letter, showing how Pliny’s literary style emphasizes the juxtaposition between city and country life. Support your argument with precise details from the Latin text. [8 marks]

---

\* museum, lit. “shrine to the Muses”, therefore school of art or letters



**Genre: Letters****Question 8. Pliny the Younger *Letters* 4.22**

interfui principis optimi cognitioni in consilium assumptus. gymnicus agon apud Viennenses ex cuiusdam testamento celebratur. hunc Trebonius Rufinus, vir egregius nobisque amicus, in duumviratu tollendum abolendumque curavit. negabatur ex auctoritate publica fecisse. egit ipse causam non minus feliciter quam diserte. commendabat actionem, quod tamquam homo

5 Romanus et bonus civis in negotio suo mature et graviter loquebatur. cum sententiae perrogarentur, dixit Iunius Mauricus, quo viro nihil firmitus nihil verius, non esse restituendum Viennensibus agona; adiecit “vellem etiam Romae tolli posset”. constanter, inquis, et fortiter; quidni? sed hoc a Maurico novum non est. idem apud imperatorem Nervam non minus fortiter. cenabat Nerva cum paucis; Veiento proximus atque etiam in sinu recumbebat: dixi omnia cum hominem nominavi.

10 incidit sermo de Catullo Messalino, qui luminibus orbatus ingenio saevo mala caecitatis addiderat: non verebatur, non erubescibat, non miserebatur; quo saepius a Domitiano non secus ac tela, quae et ipsa caeca et improvida feruntur, in optimum quemque contorquebatur. de huius nequitia sanguinariisque sententiis in commune omnes super cenam loquebantur, cum ipse imperator: “quid putamus passurum fuisse si viveret?” et Mauricus: “nobiscum cenaret”. longius abii,

15 libens tamen. placuit agona tolli, qui mores Viennensium infecerat, ut noster hic omnium. nam Viennensium vitia intra ipsos residunt, nostra late vagantur, utque in corporibus sic in imperio gravissimus est morbus, qui a capite diffunditur. vale.

- (a) What prompts Pliny to write this letter? [2 marks]
- (b) *incidit ... contorquebatur* (lines 10–12). What do we learn about Catullus Messalinus and his relationship with Domitian from these lines? What rhetorical device does Pliny use to describe this? [3 marks]
- (c) Who was Iunius Mauricus? Give two details. [2 marks]
- (d) Translate *placuit ... vale* (lines 15–17). [3 marks]

**Genre: Philosophy****Question 9. Lucretius 3.136–160**

nunc animum atque animam dico coniuncta teneri  
inter se atque unam naturam conficere ex se,  
sed caput esse quasi et dominari in corpore toto  
consilium, quod nos animum mentemque vocamus.  
140 idque situm media regione in pectoris haeret.  
hic exultat enim pavor ac metus, haec loca circum  
laetitia mulcent: hic ergo mens animusque est.  
cetera pars animae per totum dissita corpus  
paret et ad numen mentis momenque movetur.  
145 idque sibi solum per se sapit et sibi gaudet,  
cum neque res animam neque corpus commovet una.  
et quasi, cum caput aut oculus temptante dolore  
laeditur in nobis, non omni concruciamur  
corpore, sic animus nonnumquam laeditur ipse  
150 laetitiaque viget, cum cetera pars animae  
per membra atque artus nulla novitate cietur;  
verum ubi vementi magis est commota metu mens,  
consentire animam totam per membra videmus  
sudoresque ita palloremque existere toto  
155 corpore et infringi linguam vocemque aboriri,  
caligare oculos, sonere auris, succidere artus,  
denique concidere ex animi terrore videmus  
saepe homines; facile ut quis hinc noscere possit  
esse animam cum animo coniunctam, quae cum animi vi  
160 percussa est, exim corpus propellit et icit.

- (a) Scan *nunc ... se* (lines 136–137). [2 marks]
- (b) *consentire ... homines* (lines 153–158). Identify the physical symptoms graphically described in these lines. [2 marks]
- (c) Discuss the language and style of the passage. Support your argument with precise details from the Latin text. [8 marks]

**Genre: Philosophy****Question 10. Lucretius 3.1–17**

o tenebris tantis tam clarum extollere lumen  
 qui primus potuisti inlustrans commoda vitae,  
 te sequor, o Graiae gentis decus, inque tuis nunc  
 ficta pedum pono pressis vestigia signis,  
 5 non ita certandi cupidus quam propter amorem  
 quod te imitari aveo; quid enim contendat hirundo  
 cycnis, aut quid nam tremulis facere artibus haedi  
 consimile in cursu possint et fortis equi vis?  
 tu, pater, es rerum inventor, tu patria nobis  
 10 suppeditas praecepta, tuisque ex, inclute, chartis,  
 floriferis ut apes in saltibus omnia libant,  
 omnia nos itidem depascimur aurea dicta,  
 aurea, perpetua semper dignissima vita.  
 nam simul ac ratio tua coepit vociferari  
 15 naturam rerum divina mente coorta  
 diffugiunt animi terrores, moenia mundi  
 discedunt. totum video per inane geri res.

- (a) *o tenebris ... decus* (lines 1–3). What two details does Lucretius give in these lines which help us identify Epicurus? [2 marks]
- (b) Scan *quod ... haedi* (lines 6–7). [2 marks]
- (c) Translate *nam ... res* (lines 14–17). [3 marks]
- (d) Select three words or phrases from the passage which illustrate Lucretius’s use of figurative language. [3 marks]
-